

Gerascanthum Br. ad *Cordias retuli*, nec de ea dubito, licet calyx sit striatus. *Cordiae* genus variat staminibus 5 et 6 in multis. *Bourreria* Br. est *Cordia* mea N^o 3.

Verbena mea 6^{ta} est absolute *Verbenae* species, forte 4 stamina gerat, sed semina 4 in omni *Verbena* sunt tunica membranacea vestita, ut difficile sit in plerisque dicere, utrum semina sint nuda v. capsula tetrasperma.

Piper 12. pulchra observatio, habeo miserrimum specimen.

Boerhavia 3 meam esse diandram in *Syst. nat.* dixi, reliquas quas vidi fuere monandrae; habui aliquot vivas.

Hirtellam tantum unico specimine exsiccatam vidi in Herbario Cliffortiano.

Irsiolae Br. sunt *Cissi*.

Convolvuli et *Ipomöae* genera valde affinia video, ut vix limites intercedant, quamvis fere omnes Authores distinxerunt ob corollam *Ipomeae* infundibul. et stigma capitatum.

Myrstiphyllum non vidi, nec scio utrum novum genus constituat nec ne; annon velles delineare florem, si nequeas mittere siccum.

Robinsonia. gerunt multa genera datum a Te charactere, nec scio quam putas.

281. *Lobelia* 1. mea erit *Lobelia* quamvis stamina non cohaccreant. Corollae structura etc. hoc naturale genus indicant.

346. Videtur singularis, drupa 5 loculari.

Hallesia Br. est certe *Guettarda* mea, monoica, fr. uniloculari, bene vidi.

130. An *Morinda*.

479. An *Ayenia*?

Flos gynandrus missus an *Plum.* tab. 187?

Hapalanthus an *Commelina*?

Quaeso summo studio cures ne umquam multiplices genera praeter summam necessitatem, nec in plures dividas